



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

11 De sententia ferenda in crimine hæresis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

De sententia ferenda in crimine haresis.

- 1. Duplex est sententia condemnatoria, & absolutoria.
- 2. Vtraque sententia ex consilio peritorum pronuntiari debet, & qui eis sunt.
- 3. Debet iis integrè processum manifestari tacite nominibus ipsius, tametsi qualitates illius omnino debeant illis declarari.
- 4. Si Inquisitores ad sententiam procedunt, nullo peritorum consilio requisiti, probabilis est nullam esse sententiam.
- 5. Huius tamen consilium sequi non obligantur Inquisitores, esse contra plures tenentur.
- 6. Absolutoria & condemnatoria sententia in scriptis debet proferi.
- 7. Prelatio sententia non est necessariò faciendà ab ipsomet Inquisitore, si per Notarium fiat.
- 8. In absolutoria sententia non sunt profereendi specialiter errores, de quibus reus fuit accusatus.
- 9. Non debet reus in hac absolutoria sententia innocens proferi, sed ab instantia iudicij absolvi. Excipit casus quo manifestè fuit probatum reus, & accusatores falsum dixisse.
- 10. Reo absoluto, si nona probationes superaverint, poterit reus examinari, & iudicari.
- 11. Condemnatio pœna arbitraria, eo quòd delictum plene probatum non sit, si superaverint legitima probationes, & pœna arbitraria non sit executioni mandata poterit reus in pœnam ordinariam puniri, si eus si mandata sit executioni.
- 12. Hæreticorum nullatenus esse sententiam condemnatoriã hæreticis in præsentia iudicij secularis.
- 13. Probabilis est valere.
- 14. In hislo ferendo in sententiis videndi sunt DD.

Duplex est sententia : alia quæ absolvit reum, alia quæ condemnat. De vtraque est dicendum, quia ratio necesse debet, sed prius, quæ vtrique sententia communia sunt, explicemus.

1. Commune est tam absolutoriae, quam condemnatoriae sententiae, vt ex consilio peritorum pronuntietur : vt bene notat Pegna 3. d. r. d. comm. 126. s. v. s. c. periti v. r. d. Cui enim res, quæ tractatur, grauis sit, expedire maxime vt plurimum ad illam definiendam consilium exposculetur, quia ibi salus, & vbi multa consilia : & deciditur in e. vt commissi, de hæreticis, in 6. si adus cadi quocumque, prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis obstat, & in huiusmodi sententiis prebeant consilium opportunum, ac ea quod super his vobis humiliter pateant, in virtute obediendi iungenda. Idem habetur c. statuta, s. iubemus, de hæret. in c. de ipsorum consilio ad sententiam, vel condemnationem procedendum, & notant omnes Doctores in sequent. referendi. Hi autem periti, qui possunt esse tum Theologi, tum Canonici, & Legisti, præter consilium tenentur Inquisitoribus mandando, etiam iis nullam si salarium assignatum, & nullave pecuniæ deur : quia in supradicto cap. vt commissi, absolute dicitur posse Inquisitores in virtute obedientie iniungere Aduocatis, vt consilium præbeant nulla solutionis mentione facta. Item quia filii negotiorum omnes defendere, & procurare tenentur independentè à solutione. Verum est tamen, si sponte offeratur salarium, vel pretium, posse illud recipi pro labore impendio, quia in hoc nulla apparet in decencia sic Zaneh. r. de hæret. cap. 15. m. 3. Dec. r. crim. l. 5. c. 24. n. 10. Farinac. s. 185. n. 190. Simanc. c. d. d. l. i. r. d. i. r. rubr. de ministris, n. 13.

2. Debet tamen iis mimistris totus processus legi, & manifestari ; aliis consilium præbere non poterunt iuxta merita causæ quod expresse deciditur supradict. c. s. n. s. iubemus, de hæreticis, in 6. ubi, siue Episcopus, siue Inquisitor processerit, aliquibus aliis personis prouidis, & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc vocat, & eis per totum processum super quo deliberandum est, scriptis manifestari, ac integraliter explicari, & de ipsorum consilio ad sententiam, vt condemnationem procedi volumus) exprimentur, & sic docet Eymer. d. r. d. 3. part. 3. 79. & ibi Pegna comment. 123. Paramus de origine sanctæ Inquisitionis, l. 3. g. 4. rubr. de forma, & ordine iudic. sancti officij, n. 56. Neque inde sit nomina celtum, & delatorum peritis manifestanda esse. Tum quia lege integra notitia processus dari potest absque hæc manifestatione, tum & præcipue, quia ita consuetudine receptum est illo in c. statuta, exprimi nomina peritis, & non reis præcipi videtur, sic docet Pegna aduersus Eymeric, 3. part. d. r. d. 3. c. comm. 129. Farinacius quæst. 185. n. 196. Qualitates autem sententiam omnino debent peritis manifestari, videlicet, an sine graues docti, probate vitæ, vel eorum, an sint plebei inimici, socii criminum, inimici, &c. Hoc enim necessarium esse, vt sciatur, quantum singulis derohendum sit, & quantumve deferendum, & hæc cognitio inferat causam rite esse probatam, sic Pegna, & Farinacius supra. Qui optime addunt causa legitima inrecedente posse, & debere Inquisitorem, reorum, celtum, delatorum que nomina peritis alitve vitis probis mani-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

festare : nempe cum dubium est de inimicitia inter eos, & periti satis supradictas personas cognoscunt ; quia tunc illa manifestatio ad decidendam causam omnino videtur necessaria, vel saltem summe conueniens. Debet tamen Inquisitor iis peritis sub iuramento, imò sub pœna excommunicationis, si opus sit, secretum indicare, iuxta c. x. in cap. statuta, de hæret. in 6.

3. Quod si Inquisitores ad sententiam procedant, nullo peritorum consilio requisito, credo probabilis nullam fore sententiam, quia in e. vt commissi, & specialiter in c. statuta. Inquisitoribus præcipitur hos peritos aduocare, & ex eorum consilio ad sententiam, vel condemnationem procedere, quod mandatum videtur inducere formam, cuius omisso annullat actum, iuxta ea quæ dixi tract. de legib. Neque obstat, quòd in cap. vt commissi, Inquisitoribus deat facultas vocandi peritos (prout expedierit) quasi tacite insinuans non esse vocandos, si iudicatum fuerit non expedire. Non, inquam, obstat ; quia verbum illud, prout expedierit, non refertur ad solam definitiuam sententiam pronuntiandam : quasi tunc liberum Inquisitoribus sit iudicare, an expediat peritos vocare. Hoc enim eorum iudicio, & voluntati non videtur remissum ; eum expresse ad hanc sententiam pronuntiandam dicit Pontifex, iubemus peritos adduci, & ex eorum consilio se velle, vt ad sententiam, vel condemnationem procedatur, sed referuntur ad tota causa, in qua quoties Inquisitoribus expedire visum fuerit vocare peritos, facultas eis conceditur vocandi.

4. Grauior tamen est dubitatio, an peritorum consilium sequi Inquisitores tenentur. Afirmatiue respòdet Albert. tract. de agnoscend. assert. cathol. g. 26. n. 11. c. segg. & in c. quoniam, de hæreticis, l. 6. quæst. 10. Decian. tract. crim. l. 5. c. 24. num. 16. Farinacius quæst. 185. num. 191. Ratio desumitur ex supradictis verbis textus in c. statuta, ubi dicitur. Et ex ipsorum consilio ad sententiam, vel condemnationem procedi volumus, quæ verba indicare videntur obligationem sequendi peritorum consilium. Si enim à peritorum consilio recedere fas esset Inquisitoribus, eorum sententia non diceretur ex consilio peritorum procedere, sed potius contra illorum consilium. Ceterum dicendum est obligatos non esse Inquisitores peritorum consilio acquiescere, sed posse, si sibi æquus, & verius visum fuerit, pronuntiare contrarium, sic Simancas catholic. instrum. 4. 1. rubr. de ministris, p. 14. Roja tract. de hæreticis, l. 1. part. 4. c. 9. iundo n. 222. c. sing. 99. n. 2. Pegna d. r. d. 3. part. comm. 127. per totum. Lælius Zechus summ. 1. p. de fide, rubr. de hæret. c. 11. n. 14. v. s. c. sententia de eorum consilio. Burlatus consil. 90. n. 36. c. segg. Locutus in opere iudic. verbo consilium n. 5. Compegius apud Zanch. c. 15. quæ sententia decisa est in Hispania per Madillianam instructionem editam anno 1561, cap. 66. dicentem in omnibus casibus, in quibus contigerit discordia sententiarum, seu opinionum, inter Inquisitores, & ordinariam, vel aliquem ipsorum, vel in definitione causæ, aut in quolibet alio actû, vel sententia interlocutoria causæ ad Senatam mitti debet. Sed si Inquisitores, & ordinarij fuerint conformes, quamuis consultores discrepent, & sint numero plures, decretum Inquisitorum, & ordinarij executioni mandatur. Fundamentum est, quia in supradicto cap. statuta, solum mandatur sententiam ex consilio peritorum procedi quod intelligi satis potest ex consilio requisito, etiam si non obtemperato : quæ explicatio, vt benignior, & dignitat Inquisitorum conuenientior amplectenda est. Idem si periti vocati inter se dissentiant quorum tunc consilium sequendum est : si dicas maioris partis, Rogo, vnde constat talis obligatio : cum ergo nullibi inueniatur nullo modo asserenda est. Adde si obligatio esset Inquisitoribus sequendi peritorum consilium, periti potius essent iudices, quam Inquisitores ; cum iuxta eorum consilium necessariò sententia proferranda esset, ipsique Inquisitoribus solum executio videtur concessa. Verum est de necessitate sequendum non sit peritorum consilium quia illorum consilium est, Ex decencia tamen, & prudentia sequi conuenit : vt rectè dixit Ancharan. cap. si ad Episcopum, notab. 8. v. s. c. circa secundum, in fine, ne sede vacante, lib. 6. Imò quoties Inquisitori, ordinario manifesta ratio in contrarium non viget, tutius, & verius est consilio peritorum acquiescere debere Inquisitores, præcipue si omnes periti in consilio præstando conueniant ; non quia eorum consilium, & suffragium de cetero sit (non enim est nisi consilium) sed quia præsumitur veritatis esse conformem.

5. Secundum commune est tam absolutoriae, quam condemnatoriae sententiae, vt in scriptis proficiatur : vt sic de eius iustitia conser, neque occultari possit, & aliter prolata sententia nullius erit effectus, vt manifestè constat ex Clement. sepè de verborum significat. ubi, Sententiam definitiuam citatis ad id licet non peremptorie partibus in scriptis, & prout magis sibi placuerit, stans, vel sedens proferat, & notat ibi glossa verbo in scriptis Pegna d. r. d. 3. part. comm. 40. n. 163. v. s. c. præterea in scriptis. Farinacius quæst. 185. num. 166. Boënius decisio. 255. num. 10. Decianus tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 20. contra Brunum tract. de hæreticis, lib. 4. cap. 10. Item ex conuenientia, est non ex necessitate proferranda est de die, & non de nocte ; non enim vilo textu conatur necessariò diurno tempore sententiam esse proferrendam ; sic relatis Abbate, & Felino in cap. consilium, de officio delegati, tradit Pegna supra v. s. c. sententia reorum Farinacius num. 165.

ii 2 7 Tertio,

DE
STR
A
TON

7 Tertiò, prolatio huius sententia, illiusque recitatio non est necessariò faciendi ab ipomet inquisitore, sed, per Notarium; aut alium fieri potest, & de consuetudine fit: cum enim huiusmodi sententia: in Ecclesia, vel publico cadahallo publicari solent, ubi innumerus populus concurret, assumitur Notarius clarum, & sonoram vocem habens ad illarum publicationem: idque conforme est textu in cap. vi. commissi de heret. in 6. Vbi inquisitoribus conceditur facultas committendi citationes & denuntiationes sententiarum: & licet nomine denuntiationum intimatio, seu notificatio sententia: reo facta intelligatur, non tamen illius publicatio; vt pluribus comprobatur Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 16. Attamen cum simul intimetur reo, & publicetur sententia: cum enim publice legitur, fit sane per alios ab inquisitoribus id fieri posse. Et ita decisum est ab Vibano IV. constitutione edita anno 1261. incipiente, Licet ex omnibus, versic. vt ergo, quam refert Pegna in sine directio inter litteras Apostolicas & tradit alios referens, Pegna. 3. part. direct. com. 40. circa fin. versic. quamquam. Farin. q. 185. num. 171. Rojas singul. 94. n. 1. & segg. Simancas cathol. institut. titul. 60. rubr. de sententia. num. 1. Conrad. Binius tract. de heret. lib. 4. c. 10. his positis, quae communia sunt absolutoriae, & condemnatoriae sententiae, si de quatuor in particulari loquamur.

8 Dicendum est primò, si proferenda est absolutoria sententia, eo quòd nihil aduersus delatum probatum fuerit, et ceteris, de quibus fuit accusatus, non esse specialiter, & in particulari exprimentos. Nullius enim utilitatis est eorum expellio, sed potius videtur damnum absoluendo afferre vt ipse quae audientibus potest suspensionem generare, sic ex quadam Modestiana instructione edita anno 1561. c. 62. docuit Pegna 3. p. direct. com. 37. versic. attendentes. Farinacius q. 185. n. 175.

9 Secundò dicendum est in hac sententia absolutoria non debere reum vt innocentem, & ad culpam immunem proferri, sed solum ab instantia iudicij absolui, eo quòd nihil aduersus illum probatum fuerit? quia contingere potest, vt quod modo probatum non est, postea probetur, & reum modò absolutum postea condemnare. Ac non est decens diuersas sententias in eodem iudicio pronuntiare. Ergo vt haec diuersitas vitetur, quoad fieri possit, expedit delatum non absolute absolueri; neque vt innocentem declarare, sed solum absolueri ab instantia iudicij, & declarare nihil aduersus illum esse probatum, quae absolutio, & declaratio contraria non est condemnationi postea ex nouis probationibus succedenti: sic alios referens docuit Pegna. 3. p. direct. com. 37. versic. caueatur. cum Eymer. 3. p. rubr. de forma absoluendi delatum, n. 143. & in addit. ad Conrad. Brun. tract. de heret. lib. 4. cap. 8. in fine addit. versic. cum vero Farin. q. 185. num. 172. Sigismund. Scaccia tract. de iud. cap. 59. n. 1. Solum in vno casu censetur admittendum delatum declarari posse innocentem, & vt talem ad iudicio absolui, nempe cum manifeste probatum fuerit delatorem, & testes fallacia dixisse, quia tunc nullum videtur adesse probabile periculum retractandi sententiam absolutoriam, cum de iniquitate testium, & delatorum constet, & de innocentia delati: sic Pegna 3. part. com. 37. in fine. versic. quòd verò. Farinacius n. 173. Martin. Delrio. Ieluta. disquis. mag. lib. 5. sect. 14. ad fin. versic. sic intellige. Dixi cum manifeste probatum fuerit testes, & delatorem fallum dixisse, cuius probatio si ostiatur ex eo quòd dicta sua retractent, maxima circumspectione opus est, ne forte corrupti pretio faciant, sic aduertit Pegna supra.

10 Tertiò dicendum est, si reo absoluto, & tanquam innocenti declarato superuenient nouae delicti probationes, poterit non obstanti priori sententia absolutoria denuò inquiri, examinari, & condemnari, quia fauore fidei nunquam transit in hoc crimine sententia in iudicium, quod Pius V. sua constitutione edita anno 1567. incipiente, Inter multiplices curas definiuit sic alios referens docuit Pegna 3. p. direct. rubr. de primo modo finiendi processum, com. 37. versic. sed quid si absoluitur. Simanc. de cathol. institut. tit. 60. n. 13. Farinac. q. 185. n. 197. Sigismund. Scaccia tract. de iud. c. 95. Ex his inferunt probationes superuenientes coniungi posse cum praecedentibus insufficientibus, & ob quarum insufficientiam absolutus fuit reus ab instantia iudicij. Nam licet citatio, & licis contestatio tunc facta penit, eo quòd praeterita instantia, praeter acta ordinaria, quae instantiam illam sequuntur, l. propter adum, §. etsi quidem de iud. c. l. cum lite mortua, ff. iudicium solum. attamen non pereunt, quae licis decisionem spectant, vt sunt confessiones, probationes, declarationes testium & similia, ex supra d. l. propter adum, §. ult. de iudicij ex l. ubermus C. de liberali causa & tradit optime Alexand. consil. 58. incipiente Visa petitione lib. 1. Pegna direct. 3. p. c. 62. com. 92. post medium versic. quòd si fortassis. Farinac. q. 185. num. 200. Simanc. cathol. instit. tit. 18. rubr. de desuncto, n. 20.

Verum loquendo de sententia condemnatoria declarata haereticis delinque. tis, simul etiam declarantur omnes poenae ipso iure annexae tali delicto, nec opus est illas exprimere. Secus vero de poenis inferendis, quae specialem requirunt expressionem, & condemnationem: sic Dec. tract. crim. lib. 5. c. 38. n. 15. versic. & ideo quoad poenas impostas, Gundalvus tract. de heret. q. 15. n. 1. sine. Farinacius q. 185. n. 164. & 168. Vmbert. locat. in iud. inquisit. verbo sententia, num. 20.

11 Dubium tamen est, an condemnatio poena arbitria eo quòd legitime criminis probationes non extiterint, possit iterum poena ordinaria puniri, superueniente postea legitima criminis probatione. In qua re omittis variis sententiis distinguendum censet: aut poena arbitria est executioni mandata, vel non: Si est executioni mandata, censetur nullo modo posse reum poena ordinaria puniri ob tale delictum legitime probatum, sed à poena ordinaria detrahendum est, quantum arbitria importat, quia alias sequeretur pro vno delicto reu grauius quam dignus sit puniri: siquidem punitur poena ordinaria commensurata delicto, & poena alia arbitria contra textum in c. non afferamus, 24. q. 1. Vtrum si poena arbitria non est executioni mandata, tunc poena ordinaria reus puniri poterit superueniente legitima probatione; quia est noua sententia, & nouum iudicium, & poena non excedit delictum, siquae vidi in hoc tribunal inquisitionis praetium contra quendam haereticum, qui primò abiurauit de vehementi, & aliqua poena poenitentia fuit condemnatus ob non pite delictum probatum; & postea vno superuenientibus legitimis probationibus haereticus declaratus fuit, & omnia eius bona hinc aduicta, & Ecclesiae reconciliatus. Rojas est dubius tract. de capite. 2. assertio. 50. num. 70. 391. & segg. Farinacius questio 185. num. 199.

12 Dubium est, an sententia condemnatoria haeretici impunitus in praesentia iudicis saecularis fieri debeat: ita vt alias pronuntiat nullus sit valoris? Affirmatiuam partem probat textus in c. ad abolendam de heret. vbi dicit Pontifex hos tradendos esse, & relinquendos curiae saeculari debita animaduersione puniendos, quod non videtur fieri posse, nisi ipsa curia saecularis assiluit. Clarius habetur e. excommunicamus §. damnatus est. vbi dicitur, (scilicet de haeretico) praesentibus saecularibus potestatis, aut eorum balliuis relinquendos curiae animaduersione debita puniendi & in c. nouimus, de verb. signific. loquens de clerico degradato, & curiae saeculari tradendus, dicitur cum ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, eius est degradatio celebrandi saeculari potestate praesente. Ergo iudex Ecclesiasticus omittit hanc praesentiam curiae saecularis in remissione delinquentis si facta, grauior peccata videtur & nulla est eius remissio, vt ipse facta contra formam, & modum sibi prescriptum: quo cessante corrigit actus, arguunt l. c. hi si prator. ff. de tract. & c. quia propter, de elec. & habetur c. nihil. c. primates. 2. quest. 1. vbi sententia data sine accusatore, & sine eo quod reus confessus fuerit delictum, aut per testes conuictus irrita decernitur, quia statutum est sic fieri debere.

13 Ceterum dicendum est absque hac praesentia valde posse sententiam pronuntiare, sic docuit doctissimus Franciscus Pegna 3. part. direct. com. 48. n. 20. versic. ac praesentia possunt curiae saecularis. Ratio est, quia praesentia iudicis saecularis solum expulsiua est in prolatione sententiae, vt executioni statim, & sine dilatione mandetur, nã iudex saecularis in hoc crimine iudicando, vt ipse Ecclesiasticus, nulla ratione se intromittere potest. Ergo independentè à praesentia valida est sententia, cum non ob eius valorem, sed ob eius executionem praesentia iudicis saecularis expulsiua sit, & ex hac ratione, dissoluitur contrarium fundamentum. Fateatur namque omissionem modi, & formae praescriptae in pronuntiantia sententia illam annullare, si substantialis sit in praesentia substantialis non est ad valorem sententiae praesentia iudicis. Tum quia non pro sententia expulsiua, sed pro debita illius executione. Tum quia praescribitur aliis habenti iurisdictionem: & si non potest praescribi, vt substantialis, sed solum vt accidentalitas: ac proinde vitare non potest actum iuxta glossam Clement. 1. verbo inhih. ete. circa medium. de iure patronatus. Episcopus autem, & Inquisitor, qui iurisdictione quasi ordinaria in crimine haereticis gaudent, potestatem habent inquirendi examinandi, & condemnandi delinquentes ratione officij sibi commissi. Ergo praesentia iudicis saecularis expulsiua non potest, vt necessaria valori sententiae. Adde si haec praesentia necessaria foret, faciliè possent saeculares impedire haeretici condemnationem subterfugentes comparare prolatione sententiae, ipsique Inquisitores multum à potestate laica dependenter quod videtur cadere in detrimentum fidei, & potestatis Ecclesiasticae. Quapropter si iudex laicus praesens esse non possit, vel noluit, quod tunc contingere poterit) poterit Inquisitor in eius absentia sententiam proferre, & per Notarium intimare, & condemnari eius potestati relinquere. At si facti praesens condemnationi esse potest, credo non licere Inquisitori eius praesentiam in prolatione sententiae condemnatoriae subterfugere, quia id ad minus videtur committere textus in c. excommunicamus. c. ad abolendam. de heret. c. nouimus. de verb. signific.

14 Denique si de iure seruando in sententiis condemnatoriis, & absolutoriis loquamur, nihil occurrit aduertendum notum dignum, sed videndi sunt Eymer. direct. inquisit. 3. p. n. 141. & pluribus sequentibus, vbi de troscum modis finiendi processum in causa fidei, & ibi Franciscus Pegna, Vmbert. Locat. post iudicium inquisit. à fol. 488. & segg. Simancas cathol. institut. c. 60. de sententiis & in inquiri d. tit. 64. ead. m. rubr. de sententiis & inquisit. de origine sanctae inquisitionis lib. 3. quest. 4. rubric. de expeditione processu in causis fidei, & alij.

